

Primum igitur de eo tractemus: quia nemo sine peccato nisi unus dñs: & exigamus ut doceant qđ peccatū habeat sp̄s sc̄s; Sed docere non possunt: & auctoritate requirunt. Ut electione doceamus: quia non peccavit sp̄s sc̄s: sicut de filio lectum ē. quia peccatum non fecit; Et hoc accipiant scripturarum auctoritate nos dicere; Scriptum ē enim insipientia: quia est sp̄s intelligentiē sc̄s: unicus: multiplex: subtilis: bene mobilis: diſertus: immaculatus; Immaculatum dicit scriptura; Numquid mentita ē deſilio: ut de sp̄u credas eē mentitam; Dixit enim prophēta in eodem loco deſipientia: qua nihil maculosum in illam incurrit; ipsa immaculata ē. & immaculatus eius ē sp̄s; Ergo si peccatum non habet sp̄s: dñs est; Sed quomodo reus potest eē peccati: quidonat ipsa peccata; Ergo peccatum non fecit; et qui sine peccato ē. creatura non est; Omnis enim creatura peccatorum capacitati obnoxia; Sola autē est peccato immunis & immaculata sempiterna diuinitas; Nunc uideamus: utrum peccata donet sp̄s; Sed hinc dubitari